



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui relicto religionis proposito ad seculum redeunt. lxxvii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



negociis. Unde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiae mundanae voluerit implicare.

De illis qui relicto religionis proposito ad seculum redeunt. Cap. LXVII.

**H** qui post sanctae religionis propositum apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum poenitentiae remedia non requirunt, communionem non accipiant sine poenitentia, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicumque ille est post poenitentiam habitum secularem non praesumat. Quod si praesumpserit: ab Ecclesia alienus habeatur.

Ex concil. Arelate si, cap. 3.

Quod nullus religiosus & sanctus careat peccato.

Capitulum LXVIII.

**N**ullus sanctus & verus caret peccato: nec tamen ex hoc definit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim naturae viribus, sed propositi adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem: & ideo veraciter se omnes sancti pronunciant peccatores: quia in veritate habent quod plangent, & si non reprehensione conscientiae, certe mobilitate, & mutabilitate praevariatricis naturae.

Ex dictis August.

Ut poenitentes à coniviis & ornamentis abstinere debeant. Cap. LXIX.

**Q**uod poenitentes à coniviis & ornamentis, atque alia veste abstinere debeant, & discordes pellantur ab Ecclesia, donec ad pacem redeant.

Ex decret. Lucypae, cap. 5

Presbyter poenitentem non reconciliet, nisi episcopus eius suus iubeat. Cap. LXX.

**V**t presbyter non interrogato episcopo non reconciliet poenitentem, nisi absentia episcopi, necessitate compellente.

Ex concil. Africa. cap. 30.

Nullus ex Ecclesiastico ordine per manus impositionem remedium accipiat poenitendi.

Capitulum LXXI.

**A**lienum est autem à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati: hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant poenitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos si peccaverit quis orabit pro illo. Unde

Ex dictis

Ex decret. Leonis papa ad Ruslicum, cap. 16.